

Universitätsbibliothek Paderborn

**Croesvs Et Codrvs. hoc est, Copiæ Et Inopiæ Damna vel
Lvcra, à bono iustoq[ue] Mundi Gubernatore Deo
Distribvta**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1648

§. 8. Exempla eorum, qui, per pauperes, sibi ad cælum aditum fieri vtiliter
crediderunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52359](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52359)

ra connertas. Vnde bestias emis, hinc captos redime; unde feras pascis, hinc pauperes ale; unde homines ad gladium comparas, hinc innocentes mortuos sepeli. Quid prodest perdite nequitia bestiarios facere locupletes, & ad flagitia instruere? Transfer ad magnum sacrificium male peritura, ut pro his veris muneribus habeas a DEO munus eternum. Magna est misericordia merces; cui Deus pollicetur peccata se omnia remissurum. Si audieris, inquit, preces supplicis tui, & ego audiām tuas; si misertus laborantium fueris, & ego in tuo labore miserebor. Si autem non respexeris, nec adinueris, & ego animum tuum contra te geram, tuisq; te legibus judicabo.

§. VIII.

Exempla eorum, qui, per pauperes, sibi ad cœlum aditum fieri utiliter crediderunt.

Multis res firmari exemplis potest. Præclarum est illud, quod de Euagrio Philoso-
pho refertur. Eum Synesius Episcopus ad Christi scholam cultumque traxerat; docu-
eratque, illum, qui succurrit pauperi, fæ-
verari Domino; eaque omnia, quæ in hac vi-
ta gentibus distribuuntur, in altera vita,
præter centuplum, cælo remuneranda. Au-
diit Euagrius, & credidit, bonaque fide

Euirat, in
Prato
Spirit.
cap. 195.
Prou. 19:
17.

R. 2 Episco-

Episcopo ter centum auri pondo in manis
consignauit, in pauperum stipem, dicens:
*Accipe hoc, & distribue pauperibus, & da mihi
cautionem manu tua, quod Christus mihi ipsum
reddet in futuro saeculo.* Accepit Praefatus
rum, & conditionem, syngraphamque Phi-
losopho conscripsit. Aliquot inde vixit an-
nis Euagrius; tandem tamen morti proxi-
mus, filios ad se vocauit, eisque hoc man-
datum dedit: *Ecce fatis cedo, vos mihi in-
sta persolute. Cum vero funus meum cu-
rabitis, chirographum hoc mihi in manus
tradite, atque ita me tumulate, ut apud
iudicem ex syngrapha agere queam.* Parce-
runt gnatii, parentemque cum scripta cau-
tione sua sepeliuerunt. Tertius à sepultura
dies in noctem ijt; cum Euagrius Synesio
Antistiti se visendum stitit, eumque iussit ad
suum sepulchrum tendere, & chartam fidei
testem recipere, abunde enim sibi satisfa-
ctum esse, quod & manu suâ subscriptum
reperturus esset. Facto die Episcopus cum
clero sepulchrum adiit, reperit referato
tumulo chartam à se consecratam, in defuncti
manu hoc pacto, subscriptam: *Ego Euagrius
Philosophus accepi debitum in his litteris ma-
nu tua conscriptum, satisfactumq; mihi est, &
nullum*

manus
dicens:
da mihi
hi ipsum
es filius
que Phi-
lixit an-
proxim-
c man-
niti io-
um cu-
manus
c apod
Parac.
ta cau-
latura
yneb
issit ad
e fidei
atisfa.
ipsum
cum
serato
fundii
agriu
s ma-
st, &
illium

nullum habeo contra te jus, propter aurum,
quod dedi tibi, & per te Christo Deo, & Salva-
tori nostro. Contigit hoc miraculum, ut con-
staret, ubi thesaurum suum repertus es-
set, qui eum audet pauperibus concredere. lib. 6. deg
Quod quia uilissimum est, Robertus rex Rep. c. 21
Francie pauperibus stipem sua manu distri-
buebat, eorumq; manus exosculabatur, &
quotannis, die Louis sacro, trecentis iuscum-
lum, pescem, panem & nummum argenteum
porrigebat, & quocumque ibat, plena pau-
perum plastra secum circumuehebat, tam-
quam exercitum, ut aiebat, quo cælum iret
expugnatum, dicebatque: hoc esse genus ho-
minum, quibus Deus cælestis regni fores tra-
didisset, ijs aperiendas, qui in ipsos miseri-
cordiae viscera prius aperuissent. Fæneratur Pro. 19.
Domino, qui miseretur pauperis, & vicissitu-
dinem suam reddet ei, ait Salomon. Hinc &
S. Leo: Deus, inquit, fidei iusser est pauperum,
& largissimus redditus usurarum. Quamob-
rem D. Chrysostomus homiliam propriam
de hoc argumento fecit, cui titulus est:

Quod eleemosyna est ars omnium
questuosisima.

Bafon:
An. 1033.

Bodinus

lib. 6. deg

Rep. c. 21

Pro. 19.

17.

S. Leo

serm. 6.

de ieu-

nio 10,

mensis.

S. Chrys.

hom. 33.